Hurban J. M.
Hlboké
13/9 1843
H23 I 3
ARCHIV SLOVENSKÉHO NÁRODNÉHO MÚZEA V TURČ. SV. MARTINE
MATICA SLOVENSKÁ LITERÁRNY ARCHÍV MARTIN

78)

[illegible] Illustris ac Generose Domine
Gratiosissime Colendissime!

Exhibitores harum Joannes Holiczky et Paulus Csobrda, Coloni Hlubokenses et Ecclesiae Ev. hujatis Commembra exmittuntur per Ecclesiam praelaudatam ad Excelsam Cancellariam Regiam Hungaricam Aulicam cum Instantia hicce adnexa. Ex argumento ejus dignabitur Spectabilis Perillustris ac Generosa Dominatio Vestra intelligere objectum illud rorum [illegible], ~~[illegible]~~ quare ~~sed~~ convertimus nosmet primum et ante omnia ad Vestram Spectabilem Dominationem ut propensissimam nostrum Repraesentantem, qui ~~nobis~~ rogantes humillime velit nobis consiliis ~~[illegible] adesse~~ ~~[illegible]~~ et opera succurrere.

Verum ut perfecte haec omnia intelligi possint, exponam hic breviter ea, quae ad capiendam rem necessaria sunt.

Male valente Antecessore meo A. R. quondam Paulo Szedlaesek venit ad ipsum quidam Andreas Dyanovszky, Excapellanus ex ~~Skurosziensi Comitatu oriundus et~~ hincinde oberrans, cujus opera ~~[illegible]~~ est praelatus Dnus Szedlaesek ad obeundum munus Ministri necessaria ejus est: ~~Duabus~~ circiter ~~septimanis~~ duravit quod duabus septimanis. Defuncto eodem Ministro ordinario Hlubokensi quaesivit nominatus jam Dyanovszky favores Ecclesianorum, ut eo facilius fine suo potiretur. Jam non solum non placuit Ecclesianis, sed fugiebant iidem plane consortium et sermones ejus. Interea factum, quod nonnulli, ad Ecclesiam Hlubokensem quidem non pertinentes, sed auctoritate sua civili in illarum in eandem ~~[illegible]~~ exercentes, technis et variis artibus id perfecerint ut legali electo Ministro solummodo post 12 et quod excurrit septimanas fuerit potuerit.

Per illud tempus providebat spiritualibus

Hlubokenses Dyanovszky. Posteaquam autem jam plane publice ludibrio exponeretur ille idem Dyanovszky, et Ecclesia illo contentari prorsus non potuisset: dixerunt ipsi et 20 florenis valutaribus operam ejus remunerare volebant. Sed is recipere nolebat ab Ecclesia summam sibi propinatam, et praetendebat a Vidua denati Ministri florenos valutares 30 asseverando se nihil habere ab Ecclesia repetendum. Interea fueram ego et Capellanus Brezoviensis in locum denati Szalaiczek evocatus, et sic Dyanovszkius ipse oblitus. Declaratio enim ejusdem liberavit Ecclesiam ab omnibus in merito hocce curis. Accedit: Ecclesiam jubente id Spectabili Domino Inspectore Joanne Pettyko exsolvisse Viduae pro tribus quadrantibus anni, et non eidem tantum pro medio anno competentia. Et illud factum est eo a fortiori, quod ipsa per illas 12 septimanas saepe nominatum Dyanovszkyum sustentaverat.

Et Dyanovszky, qui sine non est potitus, et quidam Mechanicum, sed ad Ecclesiam Hlubokensem non pertinentes, qui suos clientes intrudere in Ecclesiam non poterant, videntes cupiditati exarserunt contra Ecclesiam Hlubokensem. Excesserunt semet itaque ad invidiam, et moverunt litem coram foro politico contra Ecclesiam, quod nolit exsolvere Dyanovszkyum. Ecclesiani vocati ad Ordinem Judicium Nobilium comparuerunt, sed absente eodem ad labores suos, qui tunc erant urgentissimi, redierunt, ignorantes ex toto causam vocationis – non citationis – Judicii. Quae demum evenerunt, enarrat Libellus supplex ad Excelsam Cancellariam sonans. Omnes illi, qui conscripserunt sententiam illam (praeter Ordinem Judlium, qui, posteaquam rescivisset res circumstantias, haec verba protulit: Ego litem hanc ecclesiasticam non fuissem ausus judicare, quia negotia haec primum per fora consistorialia ecclesiastica decurrere debeant: sed ipsi Evangelici, inter quos ipse Inspector – tulerunt hancce sententiam, quam ego solummodo subscripsi.) – interessati Evangelici sunt, infensi Hlubokensibus ex causis superius attactis.

Persecutiones, quibus hucusque obnoxia erat Ecclesia Hlubokensis, ipsam jam adeo debilitarunt, ut modo debita contrahere debeat, accedentibus vero iterum lite cum sitationibus et expensis proleiber in

statum

adhuc deteriorem. Quid si plane bra-
chio gravaretur?

Laquei, quibus modo tam inexspectate capta est Ecclesia Alubokensis, tanto sunt funestiores et periculosiores, quod habeant pro sua parte externam formalitatem. Ecclesia itaque saepe nominata nil magis exoptat, quam ut possit tempus lucrari, ~~qua~~ ut hic eius, quae ante fraudulentam executionem et brachialem explicari non possit ~~requiens~~, ~~brachio irretito et suspenso~~ ~~demum eluctari~~ posset tanto ~~magis~~ ~~brachio~~ [illegible] brachio tali irretito eluctabetur.

Rogamus itaque Spectabilem Dominationem vestram usque submississime, velit tristi et afflictae Ecclesiae nostrae Alubokensi favorabili ac sapienti suo Consilio benignissime adesse, et Ex[illegible] hosce ita instruere et inviare ut officio satisfacere et nobis contristatis et iniuste pressis ac persecutis laetum ferre possint nuntium.

Uberius, fusius ac perfectius deberent quidem haec omnia describi, ut perhorresce-ret animus; verum premimur adeo mora et urgentissima necessitate ~~tempore~~, ut huic quoque Epistolae breve solummodo spatium temporis dicare potuerimus.

Iam autem repetitis iterum, iterumque humillimis precibus nostris, et gratiis ac favoribus Excellentissimis Vestrae Spectabilis Dominationis commendamur. Aluboke die 13 Septembris 1843.

Vestrae Spectabilis Perillustris ac Generosae Dominationis

humillimus servus
Iosephus Hurban
VDMinister Alubokensis.

Epistola ad Spectabilem Perillustrem ac Generosum Dominum Dominum Ludovicum Kis Taratii causarum [illegible] Advocatum, Agentem evangelicae Religionis ad Excelsam Cancellariam Hungaricam aulicam etc.

Viennae.

Hofagent Anton v. Wallner
Alservorstadt Brauhausgasse
No 290.

Agentes Religionarii: Viennae: ad Excelsam Cancellariam Regiam Hungaricam Aulicam D. Ludovicus Kis Jur. Cons. Jo. utriusque Advoc. et compl. W. Cott. Tabl. Judic. Apessov. Habitat Viennae, (~~Josephsplatz No 1157.~~)

Budae: ad Excelsum Consilium Regium Locumtenentiale Hungaricum: D. Georgius Procopius Jur. &c Habitat Budae in arce Paradeplatz, No 204. in domo Ppis Esterházy.

Nemzetes és Vitézlő Úr!

Alsókubini Armalistáy Egy ház Ügyében 14175, Udvari Számmal jegyzett királyi parancsot, a szokott díj letétele mellett, nekem kiadattni kérvén illő tisztelettel vagyok

Nemzetes Urnak

alázatos szolgája a

Nemzetes és vitézlő Kazinczy János Úr, ~~[illegible]~~

Tettes Első Alispány Úr Jónokainak tisztelettel

ajánlottam

37

Prezinec — až [illegible] w Zelenej Stolici; Castriferrei medii Comitatus)

na 37 filii — Slavo-vandalica lingua.

ARCHIV SLOVENSKÉHO NÁRODNÉHO MÚZEA V TURČ. SV. MARTINE

MATICA SLOVENSKÁ LITERÁRNY ARCHÍV MARTIN